



N Dei Nomine Amen. Noverint vniuersi,
quod anno à Nativitate Domini millesimo
sexcentesimo nonanegisimo quarto , die ve-
ro quæ computabatur vigessima nona men-
sis Aprilis , apud Civitatem Cæsaraugustæ,
& in Camera Regij Consilij Civilis præsentis Regni Arago-
num, intervenerunt Magnifici Dominij Doctores Don An-
tonius Blanco Regens Cancellariam , Don Ludovicus ab
Exea, & Descartin, Don Augustinus Estanga, Don Iosephus
Esmir & Cassanate , & Don Emanuel Contamina Regij
Consiliari. Coram quibus fuit positus Processus Licenciati
Iosephi Andres, super apprehensione , in quo dictus Domi-
nus Doctor Don Augustinus Estanga, Relator præmissa re-
latione facta per eum, tres ex dictis Dominis de dicto Regio
Consilio, fuerunt voti, & opinionis quod att. contt. &c. Te-
netur, & debet pronuntiare, & in bonis apprehensis , & in fi-
ne appellitus confrontatis, mandare fieri, contenta impropo-
sitione Licentiati Iosephi Andres, principalis Ioannis Iosephi
del Frago Procuratoris , præstata priùs cautione Forali cæte-
ris propositionibus repulsis, reservatis Iuribus reservari supli-
cantibus neutram partium in expensis , demptis prædictis
taxandis, comdemnando, cætera suplicata locum non habere.
Ex eo, & alias, pro vt in Sentencia, propositionem Iosephi
Andres, recipiendam Fore, & Mathei Gorrite, repelendam
Senatus censuit. Quia cū præsentis causæ decisio terminanda
sit secundum Forum. **POR QVANTO** veinte y cinco de
apprehensionibus in quo dispositum invenitur, vt in catisis be-
neficialibus obtinere debeat , qui meliorem titulum ostende-
rit; & ex meritis Processus resultet (vt ex infra dicendis ap-
parebit) prerrogativam melioris tituli Iosepho Andres com-
petere merito possessionem Beneficij litigiosi, ei adiudican-
dam

dam Fore arbitramur; contentio etenim inter partes oritur,
 ex gratijs Apostolicis in vno eodemque die obtentis absque
 certa horæ designatione, ob cuius causam de prioritate con-
 cessionis inter ipsas minime constat. Sed tamen cum secun-
 dum comunem Doctorum Sententiam concurrentibus dua-
 bus gratijs à Sumo Ecclesiæ præside concessis, nullam inter se
 prioritatem continentibus, illa prælationem habere debet, quæ
 priùs in executionem deducta fuerit: & gratia expedita in
 favorem Iosephi Andres priùs executa inveniatur quam
 Mathei Gorrite, merito illa prerrogativa prioritatis potiri
 debet, ac per consequens dictum Andres, in hoc tenutario
 iudicio manutenendum fore censemus. Neque prædictis
 obstare videtur, quod utraque gratiæ obtentæ à contendenti-
 bus fuerunt concessæ cum clausula verificato priùs coram
 ordinario loci quod dictum ius Patronatus, ex fundatione
 vel dotatione huiusmodi existat, quæ quidem facit gratiam
 conditionalem taliter, quod virtute illius tenebatur Iosephus
 Andres, ante obtentionem collationis, & possessionis ab exe-
 cutore, præfatam verificationem facere coram ordinario cum
 citatione Procuratoris Fiscalis, & cum in hoc defecerit, col-
 latio in vim cuius includitur, ut nullius momenti iudicanda
 erit, tanquam concessa a non habente potestatem, cum exe-
 cutor Apostolicus nullam habuit iurisdictionem ad collatio-
 nem præstandam ante verificationem dictæ conditionis. Et
 cum pro parte Mathei Gorrite ostendatur, verificationem
 conditionis coram ordinario cum citatione Procuratoris Fis-
 calis factam fuisse, ante quam collatio ab executore in eius fa-
 vorem præstata fuerit hinc inferri pretenditur qualitatem me-
 lioris tituli dicto Gorrite assistere. Sed huic dubio satisfit præ-
 oculis habendo, quod ante præstationem collationis ab exe-
 cutore in favorem Iosephi Andres, expeditæ pro eius parte
 fuit facta fides coram eo de instrumento fundationis, & do-
 tationis, & simul de duabus collationibus concessis per Or-
 dinarium Cæsaraugustanum, præcedentibus priùs edictis pu-
 blicis

blicis per quæ omnes sua interesse putantes fuerunt vocati, ex quibus resultat per Sententias Iudicis Ordinarij declaratum fuisse Benefitium litigiosum Iuris Patronatus fore, & illud pertinere ad Vicarium, Mayordomos, & Illuminarium Ecclesiæ Parroquialis Divæ Mariæ Magdalenaæ præsentis Civitatis: quibus sic depositis; cum ratio finalis, & impulsiva, ob quam Sumus Pontifex fuit motus ad concedendam gratiam Iosepho Andres, cum dicta clausula verificato priùs, &c. Sit ne Iudici Ordinario præiuditum irrogetur (dispositionem Conciliarem in hoc attendendo) quia omnia Beneficia regulariter liberæ collationis præsumuntur, & non Iuris Patronatus sufficenter arbitramur per Iosephum Andres, fuisse satisfactum menti, & intentioni Sumi Pontificis, & fini principali ad quem dirigitur dicta clausula; exhibendo coram executore ante præstationem collationis dictas Sententias, per quas liquido constabat præfatum Beneficium esse Iuris Patronatus; nam semel verificato coram ordinario Iure Patronatus præcedentibus litteris edicti publici non est amplius de novo verificandum virtute dictæ clausulæ, cumcesset præ Iuditium quod ordinario irrogari poterat, & sic cum dicta verificatione sit facta, & exhibita coram executore sufficienter ad impletam fuisse conditionem præfatæ gratiæ censemus. Præterea supradicta roborantur considerando quod licet executor Apostolicus non potuisset collationem Beneficij præstare Iosepho Andres, nisi verificando priùs conditione in gratia depositâ, sed tamē vtrū sit sufficiēter verificata exhibendo coram eo Sententias Iudicis Ordinarij, per quas aparebat declaratum fuisse Beneficium esse iuris Patronatus, vèl de novo erat verificandum, totum hoc expectat ad cognitionem Executoris, Apostolici cum sit de meritis justificationis gratiæ, & cum ab ipso fuerit interpositum iuditium, & declaratum, quod ipsi constitit de omnibus quæ iuxta dictas Litteras Apostolicas, gratiæ dictæ Beneficij, seu Cappellaniæ constare debebat, & quod fuit servata forma, dictarum Litterarum

A postolicarum in omnibus, & per omnia ob cuius causam collationem, & mandatum de immitendo in possessionem concessit super iustitia, vel in iustitia, dictæ declarationis factæ, ab executore non debet iuditio secularis, se interponere, sed ad Iudicem Ecclesiasticum, superiorem recurrendum esse censemus, ut de præfata iustificatione cognoscatur. Minus relevat collationes exhibitas coram, executore fore antiquas una scilicet expedita anno millesimo, quingentessimo, septimo & altera anno millesimo, quingentessimo, septuageſſimo primo, & per transcurſum tanti temporis, usque impræſentia- tum potuisse ſtatutum Beneficij mutari, & liberæ collationis fieri; qua propter de præſenti, verificandum erat Beneficium iuris Patronatus eſſe, quia respondetur, quod cum per Josephum Andres, fuerit exhibitum instrumentum fundationis, & dotationis dicti Beneficij, & simul etiam fuisset facta fides de collationibus supervis expressis, ex quibus appetet declaratum fuisse Beneficium eſſe iuris Patronatus, satis suam intentionem fundatam de præſenti existimamus, quia mutatione qualitatis Benefici, non præſumitur niſi probetur, & cum Josephus Andres iuris præſumptionem in ſui favorem habeat. Merito contra mutationem status Beneficij, rectè fundat do- nec per partem adversam, contrarium probetur. Nec tandem ob eſt quod virtute dictæ Clauſulæ verificato prius, coram ordinario, ut non ſolum erat neceſſarium probare, coram ordinario Beneficium eſſe iuris Patronatus, verum etiam ve- rificationem facere de pertinentia iuris Patronatus ſcilicet Doctorem Petrum Hieronymum Parras, eſſe Vicarium Ec- chesiæ Sanctæ Mariæ Magdalenz, præſentis Civitatis, & Hie- ronymum Torrellas illuminarium illius, qui ambo cum qua- litatibus supradictis, tanquam Patroni legitimi dicti Beneficij Josephum Andres præſentarunt, quæ quidem probatio nul- latenus reperitur facta, coram ordinario, ſed coram executo- re, quod ſufficiens non eſt ad integrum ſuam intentionem fundandam, quia respondetur principalem intentionem Su-

mi Pontificis in concessione gratiæ (cum praefacta Clausula,) solum fuisse directam ad præservandum, ius quod Iudice Ordinario competere poterat, super existentia iuris Patronatus ex fundatione, vel dotatione, dicti Beneficij remitendo, ad eius cognitione verificationem illius, in qua principaliter consideratur interessatus minimè verò mentem sumi præsulis, fuisse ad ordinarium remittere verificationem pertinentiæ specificæ iuris Patronatus, quia solum fuit habitus respectus ad interesse quod ordinario pertinere poterat, expressumptione quæ pro libertate Beneficii competebat, quod quidem nihil comune habet cum pertinentia specifica iuris Patronatus, & sic in praxi receptū invenimus in similibus gratijs, in quibus dictæ verificationes pertinentiæ iuris Patronatus, coram Executorebus, & non ordinarijs factæ reperiuntur. Sed quamvis supradicta non subsisterent eodem morbo laborare videtur verificatio facta per Mathæuū Gorrite, respectu pertinentiæ iuris Patronatus, siquidem recte in spectis, & consideratis omnibus diligentijs, & enantiamenis pro eius parte factis coram ordinario cum qualitate ordinarij, & etiam factis coram eo tamquam Executore, & bene perpenso discretivo modo, cum quo processit in praefatis diligentis ex inspectione illarum apparet verificationem pertinentiæ iuris Patronatus, factam fuisse ante ordinarium tamquam Executorem gratiæ Apostolicæ, & non uti ordinarium, & sic licet utrique contendentes, in dicta probatione defecerint semper erat recipienda propositio Iosephi Andres, ut apprehendentis, ex quibus, & alijs, &c. DVO TAMEN, ex dominis de dicto Regio Consilio fuerunt voti, & assensus, quod debet recipi propositio oblata pro parte Mathæi Gorrite, principalis Francisci Ibañez Procuratoris super Beneficio sequastrato repulsa, ex adverso oblata a Josepho Andres Presbytero, principalis Michaelis Perez de las Aguas Procuratoris, cetera supplicata, docum non habere. EX EO, ET ALIAS, quoniam ex deductis probatis, & actis praescitis Processus, constat Beneficium de quo lis vertitur, institutum, & fundatum in

Ecclesia Sanctæ Mariz Magdalenæ huius Civitatis vacasse de
 iure pariter, & de facto oblata Francisci Faure Presbyteri ultimi
 possessoris. Cuius provisio, tamquam de Patronatu mixto,
 ad Vicarium prefatæ Ecclesiæ, & ad Luminarios, & Maiorales
 domus eiusdem Parochiæ pertinet, cumque Mathæus Gorrite
 Presbyter in dicta vacante, a medietate Patronorum legitime,
 fuerit presentatus, & Apostolicam gratificationem obtinuerit
 postmodum quæ servatis servandis, omnia narrata in Bulla Pon-
 tificia, coram Ordinario Ecclesiastico Calaraugustano, Promo-
 tore Fiscalis, illius Curiæ citato verificaverit ut ex litteris nar-
 ratiibus in Processu fide factis appareat, ex hisque resultet legi-
 timum, & Canonicum titulum praedictum Gorrite, favore an-
 ceessoris quæ possessione iubari iuxta sanctionem fori. Per qua-
 to vigesimi quinti, sub titulo de Aprehensionibus, merito eius
 merito eius, propositionem fore recipiendam versemus. Nec
 superioribus refragatur principale obiectum, ex adverso oppo-
 situm asserendo, quod Iosephius Andres colitigans, fuit praesens
 tatus in dicta vacante, ab altera medietate Patronorum simi-
 liter quæ gratificationem Apostolicam consequitus, fuit remisa
 verificatione narratorum. Reverendo in Christo Patri Episco-
 po Albarracinensi, cumque utraque gratia contendentium, ea-
 dem die a summo totius Ecclesiæ praesule impetrata fnerit, nulla
 prioritatis, hora in Bullis designata, & similiter liqueat, quod
 praedictus Andres antequam Gorrite, coram dicto Episcopo
 Comissario omnia narrata verificabit, praedictam Bullam suæ
 gratificationis, quasdamquæ litteras narrativas Ordinarij Eccle-
 siastici Metropolitani exhibendo annorum millesimi quin-
 gentesimi septimi, & millesimi sptuagesimi primi, ex qui-
 bus Episcopo, Comissario constitutit Beneficium, hoc occurrenti-
 bus legitimis illius vacantibus, in proxime memoratis annis
 semel ac iterum, provisum fuisse citato Promotore Fiscalis, tan-
 quam de iure Patronatus declarando ad relatos Patronos pro-
 visionem expectare, & cum Iosephus Andres prius quam Gor-
 rite possessionem fuerit ademptus illius gratiam, tamquam me-
 lior

liori titulo susultam prævalere debuisse clausulam quæ in Bul-
 lis insertam verificato priùs iure Patronatus, ex dotatione, &
 fundatione coram Ordinario Ecclesiastico Cæsaraugustano,
 prædictarum litterarum exhibitione sufficienter fuisse, per Epis-
 copum Comissarium verificatam. Etenim respondetur, quod
 predicta clausula, per hablativum absolutum concepta impo-
 nat conditionem, & formam quæ debet ad impleri, & legiti-
 me purificari, coram Ordinario Ecclesiastico (citato promoto-
 re Fiscali) quia cum agatur de materia præiudiciali Ecclesiæ,
 aci pi Ordinario, ob servitutem Beneficij; congrum est, ut coram co-
 qualitas discutiatur, & quod dictus Fiscalis libertatem in quan-
 tum fieri possit defendat; ut fraudibus, locus non fiat, & Sen-
 tentia super Patronatu, rite, & recte lata sit, prout in Aposto-
 licis Litteris præcipitur. Et non solum Patronatus qualitas re-
 rum etiam pertinentia illius pribari debet coram prædicto Or-
 dinario; contingens namque est ut illi qui præsentant, non sint
 legitimi Patroni, & quod pertinentia iuris activi præsentandi
 ad alios expectet: cum igitur neutrum ex his coram Episcopo
 Albarracinensi factum fuerit; nulliter, & sine jurisdictione pro-
 cessit conferendo Beneficium Iosepho Andres: quamvis enim
 illi constituit ex instrumento institutionis, & fundationis, & ex li-
 teris narrativis ius præsentandi activum ad Vicarium, Lumi-
 narios, & Mayordomos, Ecclesiæ, & Parrochizæ Sanctæ Ma-
 riz Magdalenz pertinere; ast tamen, nullatenus coram eo con-
 stituit (ut præcise opus erat) quod illi qui præsentarunt Iose-
 phum Andres, erant unus Vicarius alter Luminarius, quæ qua-
 litas, tamquam essentialis, & totius gratiæ fundamentum, per
 necesse probari debebat. Præter quam duplex hoc requisitum,
 coram Ordinario Cæsaraugustano, & non coram Episcopo co-
 missario (ut in Bulla gratiæ cabetur,) probandum erat citato
 Promotore Fiscali ut conditio quæ à Pontifice designatur legi-
 time purificata reperiatur cæterum de litteris narrativis anni
 millesimi quingentesimi septimi, & septuagesimi primi, cum
 quibus, tantummodo intendebatur probari Patronatum activum

vum de tempore praesenti; non est habenda ratio, status praesentis; quoniam multo plusquam centum anni transacti sunt, & in tam longa serie temporis, status Beneficij mutari potuit; & præscriptione legitima ordinarius ius providendi illud tamquam de libero acquirere valuit: & ob hanc rationem in similiibus cassibus Doctores Clasici, rotæque decisionem, tenent; verificationem iuris Patronatus DE NOVO, fieri debere ut ordinarius de libertate opponere possit voluntas quæ Papæ ad impleatur, & conditio gratiæ purifetur. Cum ergo ex his omnibus, in processu deductis appareat, gratiam Apostolicam Mathei Gorrite plene, & concludenter in omnibus suis requisitis fuisse verificatam alteram vero Iosepho Andres concessam; tot exceptionibus, & nullitatibus, insolutam reperitur. Merito illius propositionem fore recipiendam censemus maxime cunctis in seculâ inditio vertitur in hoc litis pendentia, & manutentionis Articulo remitendo ad Tribunal Ecclesiasticum plenam illarum cognitionem in petitorio, & propietate, tandem non obstat alind obiectum ex adverso oppositum, nempe quod ex litteris narrativis à Gorrite presentatis resultabat illum coram Vicario Generali Cæsaraugustano tantum, Beneficium hoc ex dotatione, & fundatione, Patronatus mixti Vicarij Luminariorum, & Mayordomorum Ecclesiæ, & Parochiarum Divæ Mariæ Magdalenaæ respective fuisse, & esse, & quid ante eodem Vicario Generali tamquam executore Apostolico Bullæ, & sub hac qualitate tantummodo verificatum fuisse; quod illi qui prædictum Gorrite presentarunt unus erat Luminarius, alter Mayordomus, & quod uterque medietatem Patronorum constituebat ex his arguebatur quod si Iosephus Andres ad scriptus erat. Pertinentium coram Ordinario verificari Gorrite pariter idem Iuditium subire tenebatur; & cum non ita fecerit eodem nullitatis vitio laborabat: ac proinde cum ambo in salutari defecissent; propositionem Iosephi Andres tamquam apprehendentis recipiendam esse videbatur. Verum huic obiecto, ex facto, & actis Processus plene fiet satis. Quamvis etenim Matheus Gorrite in primo libello, solum postulabit declarare Beneficium

eneficium esse Iuris Patronatus ex dotatione , & fundatione il-
liusque provisionem ad Vicarium Luminarios, & Mayoresdo-
mos expectare, & Vicarius Generalis ita declarabit tamquam
Ordinarius: postmodum vero alteram obtulit petitionem corā
eodem videlicet ad probandum pertinentiam , & medietatem
Patronorum à quibus fuit præsentatus dictus Gorrite, ita quod
Iudex declaravit , & pronuntiabit, & hanc sententiam propria
manu subscripsit Vicarius Generalis, & Comissarius Apostoli-
cis , deinde Beneficium ei contulit, & litteras collationis, tan-
tummodo subscripsit uti Comissarius Apostolicus, ex qua dis-
cretiva expressione manifeste ad litteram convincitur collatio-
nem Beneficij tantummodo dedisse, & subscripsisse uti Comis-
sariorum Apostolicum, Cætera autem omnia antecedentia, tan-
quam ordinarium, & delegatum cessisse , & pronunciasse con-
stans quod est in iure illum qui duplii qualitatis vngitur , eo
meliori modo quo fieri potest , rem agere superflua quæ quali-
tas minimè nocet, & quamvis indubio versaremur (quod ab-
sit) adhuc in his terminis interpretatio fieri debet , vt Senten-
tia quæ prole habet præsumptionem, valeat, & substineatur, ex
his omnibus, & alias optima cum ratione , propositione Ma-
thæi Gorrite, altera tenui recipiendam Censemus. Att:
Contt. &c.

SIG X NVM mei Alberti Jubero Secretarij pro sua Maiestate
Regiae Audientiæ præsentis Regni Aragonum, & in Civitate
Cæsaugusta domiciliati, qui huiusmodi vota , & motiva , à li-
bro motivorum , de anno millesimo sexcentesimo nonagesimo
quarto, ubi continuata, existunt, extraxi, comprobabi, & signa-
bi.

and the most extensive and detailed information
available on the subject. The author has
been fortunate in his choice of material, and
the book is a valuable addition to the library of
any one interested in the history of the
United States.